





9

Q. D. B. V.

I S A G O G E S 10

I N

BIBΛΑΡΙΔΙΟΝ Apoc. X - XXII.  
D E S C R I P T V M

D I S S E R T A T I O P R I M A ,

S C E P T I C I S M O I N T E R P R E T V M E X E G E T I C O  
O P P O N E N S

α) CLAVEM QVANDAM AVTHENTICO-  
A N A L Y T I C A M .

---

P R A E S I D E

I O A C H I M O O P O R I N O

S S. T H E O L. D. E T P. P. O.

R E S P O N D E N T E

G O T T L. T H E O D. F A L C K E N H A G E N ,

H O L S A T O ,

S S. T H E O L. S T U D I O S O

D I E VI. A P R I L I S A C I O I C C L I I .

I N A V D I T O R I O T H E O L O G I C O

S C R V T I N I O C O M M I L I T O N V M O P P O N E N T I V M

S V B I E C T A .

---

G O T T I N G A E , E X O F F I C I N A H A G E R .

10  
BIBLIA PIDIION Apoc. X - XXX.  
DESCRIPTIUM  
SCIENTIA MATERIALE  
AGNITIVAE MAGIS CIVILIS.  
ANALYTICAE.

FRATRIBUS  
IOACHIMI GROTIUS  
GOTTI THOMO LUCENHOFEN

ADDITIONE THEOREICO  
MATERIALI ET ANALYTICO  
SARCIENS.

GOTTI THOMO LUCENHOFEN



§. 1.

**I**nterpretes apocalypses Iohanneae quoscunque §. 1. Septim  
a scepticismi cuiusdam exegetici labe huc us- cismi inter-  
que prorsus immunes non esse, initius sentio. pretum βιβλαγδίον quoque speciatim, quod Apoca- λαζίδις Io-  
lypeos cap. X-XXII. legitur, eiusmodi interpretum scepticis- hannei cau-  
lismo adhuc omnino subiacet. Quotquot enim interpretum βιβλα- sue & reme-  
δίον circa periodos ecclesiae & antichristi definiendas occu- dia.  
pantur, huc usque satis feliciter non desudarunt. Plerique  
etiam in determinando celebrium 1260. dierum (Cap. XI.)  
initio, si verum fateri licet, pro arbitrio tantum egerunt.  
Etenim pro arbitrio constituire periodos illas mihi videntur,  
qui e. g. ordinem temporum βιβλαζίδις ex antecedentibus  
sigillorum atque tubarum visis repetunt, cum tamen demon-  
strari nequeat, ordinem rerum βιβλαζίδις ab ordine seprēm  
sigillorum & tubarum dependere. Pro arbitrio etiam plerique  
interpretum initium dierum 1260. βιβλαζίδις stabilierunt,

A

vbi

vbi vagis suis de numero 666 (Apoc. XIII, 18.) conceptibus indulgebant. At enim vero, nexus visorum βιβλαριδίων innato neglecto, initioque 1260. dierum non nisi pro arbitrio interpretum posito, non poterat non scepticismus quidam exegeticus nasci. Equidem non nego, ordinem quemdam prophetiae & harmoniam eius cum historia ingeniose a nonnullis excogitari, sed citra ἀπόδειξιν, quam insuperabiles quidam nodi impedient. Hi vero cum in ipso hoc libro, citra omnem dubitationem diuino inesse nequeant, de remediis scepticismi interpretum exegetici merito cogitatur. Nisi autem me omnia fallunt: duplex remedium in ipso βιβλαριδίῳ apocalyptico invenire mihi videor, quorum unum est *clavis quaedam authentica Analysis*, alterum *clavis quaedam authentica chronologiae*, sive termini a quo βιβλαριδίος. Clavis mea authentico - analytica cap. XI. continetur. Postquam enim hoc caput epitomen visorum totius βιβλαριδίων esse ostendero; ordo horum visorum non amplius ex antecedentibus periodis & temporibus, sed ex vnius cap. XI. ordine authentico pendebit. Clavis autem mea authentico-Chronologica continebitur Apoc. cap. XVII. quod caput aerigma quidem aliquod complectitur, sed aerigma accurate determinatum, & quoniam maiorem iam partem est prophetia impleta, ad clauem authenticam omnino est aptissimum cf. Cap. XIII, 18.

§. 2. Primum sceptici exegetici interpretum βιβλαριδίος

cap. XI. in-

terpre- venio, supponit *solidum de relatione cap. XI. ad sequentia ca-*

*egidio* reme- *pita conceptum.* Ad hunc vero praerequiritur *a) distincta de-*

diūm, clavis argumen*tum huius capituli notitia generalis.* Postquam angelus authentico- ille magnus (ipse Iesus Christus vid. cap. I. sq. ipse Michael analyticus cap. XI. obvia sup. cap. XI.) gratiosam potentemque praesentiam suam ecclesiae ponit soli usque ad finem dierum cap. X. promiserat, (apparet enim ibi

dum de rela-

§. 2.

Primum scepticismi exegetici interpretum βιβλαριδίος

Clavis illa authentico-analytica, quam cap. XI. in-

terpre- venio, supponit *solidum de relatione cap. XI. ad sequentia ca-*

*egidio* reme- *pita conceptum.* Ad hunc vero praerequiritur *a) distincta de-*

diūm, clavis argumen*tum huius capituli notitia generalis.* Postquam angelus authentico- ille magnus (ipse Iesus Christus vid. cap. I. sq. ipse Michael analyticus cap. XI. obvia sup. cap. XI.) gratiosam potentemque praesentiam suam ecclesiae ponit soli usque ad finem dierum cap. X. promiserat, (apparet enim ibi

dum de rela-

tam-



tamquam supremus iudex in nube, tamquam Deus ille foede-  
ris iride circumdatus, cuius facies solis instar splendens  
omniscientiam, pedes columnas ignis referentes constantiam  
& gloriam viarum eius adumbrant) mox totum fere illud tem-  
poris interallum, quo ecclesiae adhuc militandum sit, cap.  
tione cap. XI.  
ad sequentia  
capita conce-  
ptum. Ad  
hunc praere-  
quiritur.  
XI. rotunde dicitur fore spatium 1260. dierum. Intra hocce  
tempus, quo modo & ordine rex ecclesiae suae gratiosam &  
potentem praefontiam suam demonstrare velit, simul declara-  
tur. Primum est, quod ecclesiae horum 1260. dierum gene-  
ratim *donaturus fit binos testes suos*, qui instar binarum olea-  
rum viuum oleum lampadibus continuo affusuri v. 3. 4. & ho-  
stibus suis intolerabiles futuri sint v. 5. 6. Deinde manifestat  
specialiter *paradoxum* horum binorum *testium suorum*, immo  
& *hostium farum*, & quidem inde ab illo tempore, quo bini  
testes testimonium suum maiori cum parrhesia persecuti sint,  
exspectandum v. 7 - 13. Tum rex ecclesiae v. 14. (qui parenthesi  
forte includendus est) addit, cum illius fati fine coniunctum  
iri finem secundae *secundae*, quam tertia statim excipiet. Praeterea  
significat, victoriam ecclesiae securoram esse tales, quae in  
aeternos tandem triumphos abeat v. 15 - 18. Denique aperi-  
tur coelum, ut Iohannes conspiciat *arcam foederis*, sicutque  
fulgura voces tonitrua tremor terra & ingens grandio v. 19.

a) Scrutinum rerum  
cap. XI. con-  
tentarum ge-  
nerale.

### §. 3.

Ad solidum de relatione cap. XI. ad capita sequentia con-  
ceptum præquiritur <sup>3)</sup> 3) scrutinium speciale *binorum testium* scrutinium  
speciale *binorum testium*  
v. 3. quales sint? Quantum autem ex antecedente contextu  
discere licet, coherent illi cum *atrio interiore*, quod ut me-  
tiretur Iohannes iubebatur cap. XI, 1. Atrium illud interius  
procul dubio est symbolum ecclesiae purioris. Sicut autem in  
prisco atrio interiore ubi altare erat, partim *sacerdotes* ope-  
rabantur, partim *reliqui Israelite* adorabant; ita per binos testes  
illos, ad atrium interius pertinentes apoc. Cap. XI, 1. non possum

§. 3. 3)

quales sint?



non doctores ecclesiae 1260. dierum, & purioris quidem, sub imagine prisci atrii adumbratae vna cum reliquis fidelibus (testimonium Iesu retinentibus Apoc. cap. XIX, 10.) intelligere cf. cap. XII, 11. 17.

§. 4.

§. 4. γ) Ad solidum de relatione cap. XI. ad sequentia capita con-  
scrutinum ceptum praerequiritur γ) scrutinum *arcae foederis*, quam  
speciale *arcæ* Iohannes in coelo conspexit cap. XI, 19. coniunctorumque  
*foederis* atque *fulgurum vocum tonitruum tremoris* atque *grandinis*. Sicut  
*fulgurum &c.* autem templum & atrium eius, quod Iohannes v. 1. pariter videt, mysticum quoddam templum atriumque erat; ita nec arca foederis v. 19. proprie dicta arca fuit. Vnde optimum verborum suorum interpretem ipsum librum apocalypses sequor, in quo *gloria & thronus* Dei (quod utrumque tamen vocabulum schechinae sive arcae foederis synonymum est) ipse *agnus* esse dicitur. Prius fit Apoc. Cap. XXI, 23. vbi ἀγέλιον τὸ θεῖον agnus Dei per Epexegeſin ab apostolo additum est. vt intelligeretur, quid per ὁμοίων θεῖον indicauerit. Posteriorius vero factum est Apoc. Cap. V, 6. vbi *agnus* in medio throni residet, postquam videlicet ἀλεξιγίον factus erat Rom. III, 25. Quin hunc ipsum arcae foederis apocalypticæ Cap. XI, 19. significatum confirmant visa sequentia Cap. XIV, 1. Cap. XII, 7. Ibi enim *agnus* in monte sionis adest suis: hic vero *Michael* angelis suis praesens est. Atqui Michael est ipsum agnum appareat, quia Angeli Michaelis sunt testes agni Cap. XII, 17. Michael igitur v. 7. quis sit, ex angelis eius intelligitur. Neque quicquam impedit, quo minus Michael Apoc. Cap. XII, 7. ipse *antitypus arcae foederis* sit, cum agnus adeoque filius Dei sit. Non inepte igitur hebraei nomine Michael imposuerunt schechinae sive throno in arca apud Schoetgenium libro *Iesus der wahre Messias* pag. 12. Caussa vero, quare antitypica foederis arca Iesus Christus Apoc. Cap. XII, 7, sub-

mittit

Michae-

¶ ¶ ¶

Michaelis nomine veniat, haec esse videtur, quod tota pugnae illius Michaelis descriptio ad historiam Exod. XIV. & XV. alludat. Neque enim tantum Pharao, contra quem angelus domini L. L. C. C. pro populo suo pugnabat, a Davide P. L. LXXXIV, 13, seq. & ab Esaias Cap. LI, 9. expresse vocatur Draco, sed erudit etiam existimarentur, ipsum nomen *Michael* ex verbis Exod. XV, 11. מִיכָּאֵל מִיכָּאֵל ortum traxisse. Taceo, ipsos hebreos adfirmare, Angelum domini, ducem Israelis fuisse Michaelem, qui in columna ignis ac nubis populum suum vindicauerit, Aegyptiosque destruxerit. Quemadmodum adeo arca foederis a Iohanne Apoc. Cap. XI, 19. conspecta est antitypus eius Iesus Christus: ita fulgura voces tonitrua tremor & grando, arcae illi coniuncta non nisi vindictam & iudicia Iesu Christi in hostes (binorum testium) denotare possunt. Tonitru quidem, fulmina & voces erant, quibus Deus Israelitis olim praesentiam suam gratiae patescierat Exod. XIX, 16. 18: turbo quidem siue tempestas procellosa erat, qua ipsi Iob apparebat Iobi Cap. XXXVIII, 1. At ex Mose aliisque V. T. historicis satis cognitum est, eamdem foederis arcam, quae Israelitis saluti erat, hostibus eorum exitio fuisse.

§. 5.

Ad solidum de relatione Cap. XI. ad sequentia capita conceptum praerequiritur δ) scrutinium propter quam causam Iohanni templum Dei in coelo apertum sit, ipseque arcum illam propter quam foederis conspexerit v. 19. Veri quidem simillimum est, quod cum statim post expositionem paradoxum testium binorum atque eorum, qui eos encabant, fatum aperiatur templum Dei in caelo, ostendaturque apostolo praesentia arcae foederis, domini & ducis testium suorum, vindicisque eorum per fulgura & reliqua; templum in coelo non alto consilio apertum sit, quam ut adumbraretur, binos testes illos per integrum illud cam foederis dicrum spatiū praesentis agni auxilio non destituendos, indicatur probabilitas.



*hostes vero testium vindictam illius experturos esse.* At enim vero tota sequentium visorum series Cap. XII, & sq. non suadet, sed cogit, ut credam, templum Dei in coelo Iohanni hanc vnam ob caussam apertum esse, ut nancisceretur clariores conceptus de rebus Cap. XI. breuiter patefactis.

### §. 6. 6.

§. 6. b) De. Demonstrari quippe hoc potest generatim ex visis Cap. monstratur XII. & sq. Etenim id ipsum, quod apostolus templo aperto generatim ex conspexerat Cap. XI, 19. clarius ei explicatur per duplex visis Cap. XII. σημείον μέγα ἐν τῷ ἡραὶ vnum confestim Cap. XII, 1. sequens alterum Cap. XV, 1. incipiens, μέγα νάū Σονιαστίū dicūm. Vtrumque σημείον res ad arcām foederis antitypicam pertinentes complecti quis dubiret, cum prius σημείον res a *Michele* & *Agno* pro testibus suis atque pro matre testium quoque, nimis ecclesia (\*) gerendas Cap. XII: conseruationem testium sub tyrannide bestiae Cap. XIII: praesentiamque agni gratiae plenam medios inter testes suos Cap. XIV. adumbret? σημεῖον autem alterum quoque Cap. XV, 1. obuium ad arcām foederis praesentiamque agni vindicatiūam referri debere, ipsa verba v. 5. indicant ναὶ ἴδια ἵνατην ὁ ναὸς τῆς συνῆς τῷ μαρτυρίᾳ ἐν τῷ ἡραὶ, & egressi sunt septem angeli habentes septem plagas ex templo. Quod quidem ad prius signum magnum attinet, hoc tria signa minora sub se complectebatur. Etenim primum horum Cap. XII. Iohannem vberius docet, quo pacto Michael rex ecclesiae suae, angelus ille Cap. X. non obstante atrio exteriore gentilibus iam relieto, datus sit per

1260.

(\*) Mulierem Cap. XII, 1. &c. esse ecclesiam, ex Cap. XIX, 7. indubitatum est. Idem patet ex pueru mulieris Cap. XII, 4. s. qui est symbolum testium Iesu v. 11. 17. mulier eadem siue ecclesia sub atrii quoque interioris imagine, ad quod bini testes Cap. XI, 1. 3. (instar prisorum sacerdotum & Israclitarum) pertinebant, venit.

7

1260. dier<sup>s</sup> binos testes suos secundum promissionem Cap. XI, 3.  
4. factam. Nam Cap. XII. emblematic<sup>e</sup> describitur partim de-  
fensio testium contra draconem diu ante initium illorum 1260.  
dierum: partim tempestiu<sup>m</sup> translocatio mulieris sive ecclesiae,  
matri testium in eum locum, quo nutrienda erat per 1260.  
illos dies: subiiciturque tacite v. 17. non defuisse ipso primo  
tempore, quo draco bellum per bestiam Cap. XIII. depictam,  
thronique draconis haeredem v. 2. contra testes parabat, eius-  
modi homines, qui praecepta Dei obseruarent, testimonium-  
que Iesu Christi recinerent. Alterum autem σημεῖον μεγάλον  
(Cap. XII, 1.) signum minus illuminat Cap. XIII. bestiam ex  
abyssō adscendentem secundum Cap. XI, 7.: occasionem belli  
contra testes a bestia excitati, quae erat Ἰω τελεῖον τὴν μαρτυ-  
ρεῖον L. C. v. 7. atque conseruationem testium Iesu non obstan-  
te illo bello a bestia moto. Tertium vero σημεῖον μεγάλον  
vism minus illustrat Cap. XI. versiculos imprimis 11. 12. nimi-  
rum redditum occisorum testium in vitam, ministerium eorum,  
atque adscensionem in coelum Cap. XIV. Quod vero ad  
σημεῖον alterum μέγα Cap. XV. sq. attinet, hoc pariter *tria mi-  
nor a visa* complectitur, quae Capitis XI*mi* commatibus 12 - 17. il-  
lustrandis inserviunt. Primum eorum legitur Cap. XV. & XVI. vbi  
partim terrores praeui<sup>p</sup>, partim ipsum excidium regni bestiae (per  
compendium tamen) sub symbolis septem irae calicum adum-  
brantur. Secundum legitur partim Cap. XVII., XVIII. vbi,  
praemissa babylonis mysticae adcurata descriptione, ipse illius  
lapid<sup>s</sup> vberius exponitur, partim Cap. XIX. vbi iubila pu-  
rioris ecclesiae super hac per verbum diuinum obtenta victo-  
ria sequuntur. Tertium legitur Cap. XX., vbi Iohannes edo-  
cetur, cum hoc babylonis lapid<sup>s</sup> coniunctum fore ipsum finem  
secundae gal<sup>s</sup> a dracone profectae vid. Cap. XI, 14. Nam utri  
omnes tres gal<sup>s</sup> sunt Draconis (Cap. IX, 12. Cap. XIII, 2.  
Cap. XX, 7. Coll. Cap. XI, 14. 18.); ita secunda quoque eius-  
dem erat, siquidem draco thronum suum bestiae dederat  
Cap.

Cap. XIII, 2. pereunte igitur bestiae regno cessare etiam se-  
cunda ḡz̄ debebat. Supersunt in ββλαριδω apocalyptic Cap.  
XXI. & XXII. quibus Iohanni non quidem visum in templo Dei  
in cœlo, sed ipsum nouum coelum & noua terra σκηνὴ τῆ  
Σεγ̄ Cap. XXI, 3. obiicitur. Interim cum id, quod Iohannes  
Cap. XXI. XXII. videbat, ipsa merces seruorum prophetarum  
sanctorum & nomen Dei reverentium esset; vix dubitem,  
visa Capitum XXI. XII. ad illuminandum v. 18. Cap. XI. Iohan-  
ni concessa esse: & adeo hanc quoque ob causam templum  
Dei in cœlo v. 19. apertum esse.

§. 7.

§. 7. c) de-  
monstratur &  
specialiter, &  
quidem 1) ex  
collatione  
Cap. XII. cum  
Cap. XI. 3.  
Eadem causa superior, quare Iohanni apertum sit tem-  
plum in coelo, idemque arcam foederis conspexerit c) de-  
monstratur *specialiter* ex adcuratore comparatione singulo-  
rum βιβλερδίων capitum posteriorum cum antecedente Cap.  
XI. Etenim hinc elucescit, omnia tot capitum visa nihil  
nisi ipsum nucleus rerum Cap. XI. breuiter indicatarum, &  
quidem ipso ordine rerum Cap. XI. seruato, amplificare. Con-  
feram itaque 1) visa Cap. XII. cum Cap. XI. 3. Posteriore hoc  
loco haec leguntur verba: καὶ δώτω τός δυοι μάρτυς με,  
καὶ προφητεύσοι i. e. δώτω προφητεύειν, modo loquen-  
di apud graecos peruvulgato. Promittuntur hic *bini te-  
stes* prophetae dicti, quoniam hi priscorum Vatum mo-  
re corruptelis aeuī sui (quae per atrium exteriorius iam cum  
gentilibus datum, perque sāndam ciuitatem deinceps per  
42. menses conculcandum v. 2. indicantur) sese pēr 1260. dies  
oppositiū erant. Verum enim vero cum *haec binorum testimoniū  
donatio* prius plane nequirit capi, quam constaret partim quales  
hi testes, partim quo pacto iidem, tempore dati iam dudum gentili-  
bus atrii exterioris conferuati, & in posterum conferuan-  
di sint; utrique huic obscuritati egregie medentur visa Cap.  
XII. Sistitur ibi quippe Iohanni *puer mulieris*. Puer ille est  
symbo-

Symbolum *testium Iesu* vid. v. 11. 17. Nam mulier est ecclesia, Apoc. Cap. XIX. 7. & purior quidem, ceu mater testium hic spectata. Comparet quidem ecclesia qua exteriorem speciem suam florentissima, c. XII. v. 1. sed mox obstaculis laborans, quominus filios, verosque testes Christo feliciter pareret, ut imago partus dolorosi v. 2. innuere videtur. Idem enim ecclesiae hostis, qui deinceps (Cap. XVII.) per bestiam septem capitum decemque cornuum tenebras 1260. dierum violenter immisurus erat, ideoque iam nunc draco septem capitum decemque cornuum audiebat, aderat v. 3. & postquam *tertiam stellarum* i.e. doctorum ecclesiae partem cauda sua in terram diecerat, corruperatque, in id incumbebat, ut vniuersas divinitatis Iesu, purique euangelii *testes* exstirparet v. 4. Verum longe aliter visum est marito ecclesiae (Es. LIV. Eph. V.) siquidem partim mulier peperit puerum, i.e. nacta est fortissimos Iesu *testes*, quorum successores paucenter vniuersas gentes, eas scilicet, de quibus Iohannes vaticinatus erat Apoc. X. II. partim ipse puer mulieris sive *testes* ad deum, thronumque eius rapiabantur, v. 5. h. e. in perditissimo periculosisimoque ecclesiae statu praeter hominum opinionem diuinitus custodiebantur, vid. 2 Reg. XI. 23. Vtrumque hoc emblema nimis & partus mulieris, & pueri mulieris ad thronum Dei rapti nouis allegoriis declaratur fusius. *Partus enim mulieris* illustratur v. 6. fuga mulieris in desertum, i.e. propagatione ecclesiae inter barbaras gentes, & eas quidem, inter quas mulier, mater *testium* per 1260. dies aliquando nutrienda erat. *Raptus vero pueri*, sive testium ad thronum Dei lucem nanciscitur v. 7. sq. ex praelio Michaelis contra draconem, & victoria illius de eo. Michael quippe, sive agnus & arca foederis antitypica cum angelis suis puerum mulieris i.e. *testes* suos in ecclesia conferuatur, contra draconem, (qui tertiam doctorum ecclesiae partem corruperat v. 4.) init praelium, videlicet pro doctrinae puritate, nam victoria per

B

ver-



verbum testimonii reportabatur v. 11. Irrito sic facto draconis contra ipsos *testes* consilio, prophetia Cap. XII. v. 12. 13. porro innuit, furorem draconis ad *matrem testimoniū* conuersum esse. Quam dum inter barbaras gentes iam degentem (v. 6.) persequebatur, eo ipso tempore binae alae alicuius magnae aquilae dabancur mulieri matri testimoniū, vt ad barbaras (occidentis) gentes magis penetraret, attingeretque locum illum, quo in primis per 1260. dies nutritretur v. 14. Verum draco eiusmodi ecclesiae propagationem non sine liuore videns, ingente barbararum gentium colluvie ὄπιτω γυναικος (in erenum occidentis quippe prouolantis) instar fluuii emissā, mulierem suffocare volebat, v. 15. interuenit tamen terra, i. e. incolae illius terrae, in quam ecclesia sublimi quasi volatu peruenerat, faciebantque, vt ab excitatis a dracone populis ecclesia occidentalis mater testimoniū penitus liberaretur v. 16. Verum enim vero iratus mulieri draco ab hoc tempore modum testes Iesu persequendi prorsus nouum meditabatur, v. 17. eum quippe, qui intra 1260. dies testimoniis binis tam funestus fuit, postquam draco thronum suum concesserat bestiae (Cap. XIII, 2.) tamquam nouo suo instrumento premendi testes Iesu. Etenim πόλεμος, quem draco v. 17. fecit, non aliud est πόλεμος, quam quem bestia ex abyssō adscendens contra binos testes fecit Cap. XI, 7. & Cap. XIII. 5. 7. nam draco Cap. XII. 17. bellum pacat contrā ἔχοντας τὴν μαρτυρίαν τῷ ιησῷ χριστῷ. En templum in coelo Iohanni apertum, vt ex visis capit. XII. intellicheret prouidentiam specialissimam diuinam super binis testimoniis Cap. XI, 3. promissis, partim vt isti non deessent sub initium illorum 1260. dierum, partim vt per integrum illud temporis spatium una cum matre sua perdurare possent.

§. 8. 2) ex

collatione

Cap. XIII.

eum Cap. XI,

tum est Cap. XI, 19. specialiter demonstratur 2) ex collatione

7.

§. 8.

Eadem cauſa, quare templum in coelo Iohanni aper-

Cap.

❧ ❧ ❧

Cap. XIII. cum Cap. XI, 7. sq. Dicitur loco citato v. 7. fore,  
vt simulac bini testes testimonium suum aliquanto copiosius  
studiosiusque persequerentur (\*) bestia ex abyssō adscendens  
bellum contra illos suscepturna, eos occisura, imo vel in ca-  
dauera eorundem per tres & dimidium diem saeuitura sit. E  
contrario Cap. XIII. mentio fit bestiae, cui tamquam nouo suo  
contra testes instrumento draco thronum magnamque potesta-  
tem suam concederat. (\*\*) Breuior quidem bestiae *in se*  
spectatae descriptio Cap. XIII. legitur, capiti quippe XVII.  
vbirore seruata, quandoquidem Cap. XIII. non tam ree  
ad bestiam ipsam pertinentes, quam tyrannis illius contra te-  
stes, testimoniisque licet a bestia deuictorum conseruatio signifi-  
catur. Quod tamen ad ipsam bestiam attinet, videt apostolus  
bestiam singularis formae, e mari prodeuntem, septem capita,  
decem cornua, & haec quidem coronis ornata, capita vero  
blasphemis inscriptionibus plena habentem. Haec, quantum  
quidem ex aenigmate Cap. XVII. satis adcurate determinato  
authenticisque explicato iudicare licet, procul dubio nouam  
quam-

(\*) τελέω significat non tantum finire, sed etiam perficere, persequi-  
vid. hebr. 2, 10. posterior autem significatus hic necessario ob-  
tinet, quia onus prophetandi testibus ad integras 1260. dies im-  
positum erat, intra quod adeo temporis spatium etiam vexationes  
testium locum habent.

(\*\*) vbi. l.c.c. *Draconis* fit mentio, quod partim thronum suum be-  
stiae dederit, partim una cum bestia a stupidis illius aevi chri-  
stianis adoratus sit, appareat, quod draco non sit symbolum &  
emblema bestiae & adoratorum eius, sed quod personaliter ab il-  
lis differat. Fateor, Βιβλαρχίδιοι mihi hac nostra tempesta-  
te ideo etiam esse carissimum, quod, postquam digne prophe-  
tiae sensus literalis, & euentus sole meridiano clarior, cum sim-  
plicitate omnium subtilitatis precariae experite demonstratur erit,  
authenticam interpretationem serpentis deceptoris exliberi, cer-  
titudinemque regni satanae in mundo generatim mire confirma-  
ri videam, utrumque superius v. D. suo tempore praestabo.



quamdam regiminis in urbe romana erigendi formam significat, quae inter magnas populorum vicissitudines, post ruinam formae, qua roma per imperatores stabat, postque violentam imperii romani diuisionem in decem distincta regna expectanda sit. (\*) Quod contra ad bestiae contra testes Iesu tyran-

(\*) *Bestia enim penes prophetas imago monarchiae est Dan. VII. unde etiam apoc. cap. XVII. per reges sive regiam potestatem v. 10. 11. explicatur. Cornua etiam ibi denotant reges sive regna v. 17. ad sensu ferae illius bestiae significat originem nouae huius formae regendi tyrannicae. Ad sensu et mari ostendit, quod ex commotione gentium proditura sit, nam aquae apoc. XVII. 15. sunt gentes cf. Dan. VII. 13. septem capita angelus cap. XVII. 9. 10. per septem montes non minus quam reges interpretantur, ideoque intelligi debet imperium quoddam romanum, sed distinctum abeo quod tempore huius visi erat, quodque adeo post formam demum imperiale venturum erat, quoniam haec ipsa una cum quinque regiminis formis alias tanquam iam praeterita consideratur cap. XVII. 18. vrbis enim septicolis orbis caput, apud scriptores ipsam romanum designat; & bestia septem capita habens est roma, septem distinctas regiminis formas numerans. Capita bestiae nominibus blasphemiae impleta (cf. apoc. XVII. v. 3. 5. vbi hoc regimen tamquam babylon mystica blasphemias plena describitur,) docent cultus introductum iri idololatricos, nam idololatria apud prophetas hoc nomine venit cf. LXV. 7. Ezech. XX. 27. Eadem bestia quoque habebat decem Coronas, singula coronis ornata, que prout angelus interpretatur Cap. XVII. 12. sunt decem regna, eodem aliquando tempore una cum bestia oritur. Hoc igitur romanum regimen, eeu noua quadam regiminis forma tunc spectatum, contemporaneum erit decem regnis, eadem hora coexistit. Nullum autem horum potestatem suam prius obtinebit, quam rex h. e. forma regiminis tempore visi apocalyptici existens nimirum imperialis, transierit, & proorsus alia, licet breui duratura successerit. Ex quibus criteriis omnibus, ne unico excepto, in imperio bestiae necessario coniungendis sequitur, ut noua illa imperii romani forma non possit alia forma esse quam ea, quae in manu Pontificum fuit, nam haec dominatio romana non formam tan-*

tuin

rannidem, idololatricosque cultus attinet, dicitur 1) quod bestia non permissionem tantum acceperit idololatriam stabiliendi, & bellum per 42. menses gerendi v. 5. sed quod ipso etiam opere cultum idololatricum introduxit, purioresque christianos acerbe vexauerit, (quod sub blasphemia contra Deum tabernaculum eius & coeli incolas v. 6. later) imo quod bellum  
con-

tum romae imperiale secuta est, sed etiam post Exarchatum Ravennatensem, & post imperii romani diuisionem in decem regna nascetur. Haec autem est illa bestia, indolem diuersarum rapacium bestiarum referens (vid. Dan. 7. 4. sq.) cui Draco potentiam thronum & magnam auctoritatem suam dedit, vt, sicut ille olim testes Dei per potentes quadam monarchias vexauerat, ita hac noua quoque tyrannica regiminis romani forma in ultimae Monarchiae sede i. e. imperio romano erecta vteretur ad testes Iesu affligendos: atque sicut imperium romanum in prioribus formis suis unum verum Deum per idololatriam blasphemia petierat, & crudeliter secesserat, ita nunc etiam se praeceps staret. Sed nondum criteriorum huius bestiae satis est! sequitur nouum quoddam v. 3. Unum ex septem capitibus bestie, post lethale vulnus acceptum, mirabili modo sanatur h. c. haec noua regiminis forma ex romano imperio orietur, postquam illud in uno capitulo suorum, sive formarum regiminis, tam lethale vulnus accepit, vt nulla sanitatis spes supercesset. Mundus tamen cum stupore videt, potestatem illam romanam reuinisci in noua illa forma, per bestiam adumbrata. Quodsi vero Apoc. cap. XVII. consulo, caput illud lethaliter vulneratum est sextum caput, sive forma regiminis romani sexta tempore visi v. 10. hoc enim tempore *imperialis* regiminis forma florebat: qua in Augustulo destruxta, roma non fuit sedes imperii durante exarchatu Ravennatensem, & nemo prius vel somniasset romanum iterum fore imperii sedem, quam noua pontificiae dominacionis forma vere adesset, exarchatu quippe pontificibus reddito, & hinc roma in hunc usque diem sede imperii facta. Interpretatio igitur angelii prohibet, quo minus sedem huius regiminis vello loco alio quam romae quaeram, etiam si graeci germanique imperatores titulo imperii romani superbuerint.



contra sanctos suscepere, & eosdem deuicerit, v. 7. Per quem adeo increcentis idolatriae atque belli contra sanctos nexum v. 6. 7. patefactum clarius intelligitur id, quod bruciiter dictum erat Cap. XI, 7. ὅταν τελέσωσι τὴν μαρτυρίαν &c. nam cum incremento idolatriae ardor contradicendi penes testes Iesu auctus est. Dicitur 2) quod, non obstante bello & victoria bestiae de testibus, nec obstante potestate bestiae super omni tandem tribu lingua & gente, imo non obstante idolatria totum occidentem corripiente, nihilominus superuerint, qui contagii huius expertes manserint, siquidem hoc ex v. 8. fluit, vbi vniuersi dicuntur idolatria infecti esse, iis vnicē exceptis, quorum nomina in libro vitae agni scripta erant. Qui tamen quod non pauci fuerint, ex sequente Cap. XIV. apparēt. Dicitur 3) omni tunc attentione dignum fore, (\*) quo pacto ius talionis diuinum mature se exerturum sit, nimirū ut patet, violentiam a bestia contra testes exercitam non prorsus impunitam dimissum iri, etiamsi grauiora adhuc dei iudicia restent v. 9. 10. Praeludia diuinorum iudiciorum in bestiam impediabant saltē, quo minus testes penitus opprimērēt. Denique dicitur 4) fore, vt accedente adhuc altera bestia ex terra adscendente v. 11. eaque omnem prioris bestiae violentiam sub nutu eius exerceente v. 12. sq. res eo peruentura sit, vt quisquis nollet idololatra esse, omnibus vitae priuilegiis spoliaretur & morte puniretur v. 15. 16. 17. Coronidis loco adiicitur, initium bestiae, in thronum draconis surrogatae & testium Iesu carnificis numero 666. contineri, si videlicet inde a tempore scriptae apocalypses calculum ducas (\*\*) En causam templi in coelo aperti superioris adstricātā, prout etiam ex Cap. XIII. collat. Cap. XI. 7. confirmatur!

f. 9.

(\*) Quod haec prouidentia coelestis fuerit beneficium ipsius agni in monte Sionis praefensis, ex cap. XIV, 1. patefecit.

(\*\*) Probabo hoc suo loco & tempore fusius. Placuit quidem Ven. Job. van den Honert in Dissert. apocalypticis, (vt nouam suam de

## §. 9.

Causa, quare templum in coelo Iohanni aperiebatur & §. 9. 3) Ex arca foederis ab eodem conspiciebatur Cap. XI, 19. specialiter collatione demonstratur 3) ex collatione Cap. XIV, cum Cap. XI, 7. 11. Cap. XIV. 12. Etenim Cap. XI. promittitur fore, vt post summum vi- cum Cap. XI, lentiae gradum contra testes testimonium suum persequentes 7. 11. 12. & perficientes v. 7. exercitum, loco enecatorum testium continua substituantur & excitentur plures & noui (\*) qui qua- si in vitam reuocati, pedibus suis stent (flare, quando de hominibus dicitur, est ministrare, quod speciatim Sacerdotum V. T. erat) & in coelum euocati adscendentesque successu profus diuino testimonium perhibeant v. 11. 12. Quodsi autem cum hisce Cap. XI. emblematisbus Cap. XIV. comparo; fatus clare intelligo, visa Cap. XIV. Iohanni oblata esse, vt superiores loquendi formas Cap. XI, 11. 12. obuias plenius caperet. Videt Iohannes Cap. XIV, 1. penes agnum in monte Sionis, sive arcam foederis antitypicam, ἐκντα τεσσεράκοντα ρέσσερας χιλιάδας, habentes nomen patris inscriptum

de die dominico apoc. 1, 10. commemorato, tamquam die vin- dictae in Iudeos, sententiam redderet tolerabiliorem,) magno eruditio[n]is apparatu traditionem de Iohanne sub Domitiano in exilium missio dubiam reddere. Quae res si procederet; de anno scriptae apocalypses ita sentiendum foret, vt inde initium annorum 666, nulla ratione repeti posset. Verum falsa res est. Sufficit enim mihi unus locus Irenaei, quem Vir doctus instaurum relinquere debuit, aduersus Haereses lib. V. Cap. XXX. scribentis, *eam apocalypses partem, quae de nomine & nu- mero anticristi agit* (b. e. βιβλογρίον ipsum) *sub Irenaei seculo, ad finem imperii Domitiani, visum fuisse.* Hoc quidem testimonium Irenaei, Polycarpi discipuli, mihi omnibus conie- cturnis Honertianis potius est.

(\*) Cum enim bini testes significant choros integros testimoniū, perso- nasque morales; redditus eorum in vitam, & statio in pedibus v. 11. nihil aliud innuit, quam quod eo plures testes diuinitus excitati sunt, quo plures ab hostibus interficiebantur.



ptum faciebus suis &c. Hosce 144000. non esse alios, quam illos, de quibus Cap. XI, legitur, quod perficientes testimonium suum a bestia occidendi, in vitam redituri, & in coelum adscensuri fint, persuadeor, quia 1) *generatin* conuenient. Illi testimonium suum perficientes Cap. XI, 7. testimonium bestiae ex abysslo adscendentis contrarium perhibent. Hi 144000. Cap. XIV. 1-5. nomen patris, & quidem *nominis bestiae Cap. XIII, 17. oppositum* faciebus suis inscriptum habent, v. 1. medias inter turbas (a bestia bellum gerente excitatas) psallunt eitharis suis. Perfuadeor autem 2) quia illi 144000. *speciatim* quoque conuenient cum illis binis testibus, Cap. XI. testimonium suum contra bestiam persequenteribus. Biua de illis binis testibus praedicantur, quae iis & diuerso quidem tempore accidisse videntur: vnum est, quod post ingressum spiritus vitae ex Deo in eos, steterint super pedibus suis cum terrore spectatorum v. 11. alterum, quod, spectantibus pariter hostibus, iussi in coelum adscenderint v. 12. similiter autem & 144000. Cap. XIV, 1. non bestiae, sed patris nomen faciebus suis inscriptum habentes & medias inter turbas psallentes distinguntur a) in *cantantes nouum canticum, & primicias Dei & agni v. 3. 4.* b) in angelos transuolantes medium coelum cum aeterno evangelio idololatrie opposito, *lapsum babelis praedicentes & discessum ab ea postulantes*: itemque in *egredientes e templo restituto* tres angelos v. 6. vsque ad fin. Cap., Quod ad cantantes nouum canticum attinet, hi tale novum canticum coram throno cantare dicuntur, quale nemo praeter 144000. illos discere poterat, vt pote redemptos a terra, i. e. a corrupta tunc ecclesia vindicatos v. 2. 3.: hi a contagio mulierum immunes h. e. a cultu idololatrico puri sunt, agnum secuti, quoconque duceret, redempti ab institutis & traditionibus humanis, primitiae Deo & agno, os haereticae pravitatis expers habentes, *ἀμωμοι* potius coram throno Dei v. 4. 5. Evidem fateor, fuisse in ecclesia ante tempus illud, quo bini

bini testes persequebantur testimonium suum Cap. XI, 7. viros idolatriae & tyrannidis bestiae tunc succrefcentis pertaefos, & ab utraque dissentientes, sed eos nomine τῶν 144000. comprehendendi, valde dubito, quoniam hi tantam veritatis lucem possident, ut inaudita haec tenus ratione soli praecognitae aeiui sui opiniones, instituta & errores dominantis ecclesiae vincerent (\*). Quod vero ad sex angelos, primitias Dei & agni, quae cantantes superiores sequebantur, attinet, angeli sine dubio doctores denotant vid. Apoc. I, 20. coll. Cap. II, 1. Nec singulos tamen doctores, sed chorus eorum vid. Apoc. XIX, 14. Praeterea sex hosce angelos sub numero τῶν 144000, tamquam bonam saltem partem pariter Angelorum comprehendendi, vel inde appetat, quod primus angelorum v. 6. dicatur ἄλλος. Cum enim neminis unius, nisi τῶν 144000. & quidem cantantium in antecedente contextu mentio fit; sequitur, vt angelus ille primus tanquam ἄλλος, non simpliciter τῶν 144000 sed cantantibus ex eorum numero & primitiis opponatur. Quodsi autem primus angelus ad τέσσερας 144000. spectat; idem etiam de quinque reliquis adfirmandum erit. Hinc etiam hi sex angelii non minus sunt testes, quam illi erant tales, qui ex numero τῶν 144000. nouum canticum tamquam primitiae agni cantabant. A praesentia quoque gratioſa agni in monte Sionis, priuilegio illo τῶν 144000 v. i. non exclusos esse angelos, ex apparitione filii hominis in nube tempore tertii angelii v. 14. edocemur. At enim vero sex illi angelii sunt

(\*) Nisi me omnia fallunt, ex hoc loco discendum est, qua notione *testis veritatis* in apocalypsi veniat? *testis veritatis* videtur esse is, qui in doctrina & vita vnicae a testimonio verbi diuini, non papae & hominum pendere *capit*. Hoc est nouum canticum, quod soli a terra redempti dicere poterant. Quali tamen cum definitione consilist, quod testes veritatis fuerint, qui præter voluntatem suam vni aut pluribus erroribus papisticis, aliisque adhuc adhaeserint.



sunt duplicitis classis, cum generatim tres illorum priores sub  
 horam iudicij v. 1. medium coelum transuolarent cum aeterno  
 euangelio, idololatriae opposito, tres vero posteriores sub ho-  
 ram messis v. 15. egererentur e templo. De primo quidem  
 angelo v. 6. exprefse dicitur, quod medium coelum transuo-  
 lauerit, sed cum verbum ἀνθερόειν etiam secundo & tertio an-  
 gelo v. 8. 9., non autem quarto & sequentibus v. 15. sq. tribua-  
 tur, certum est, sub τῷ ἀνθερόειν secundi & tertii angelii  
 volatum vtriusque per medium coelum indicari. Qua-  
 re quidem tres priores angelii medium coelum, (mediam ec-  
 clesiam occidentalem) cum aeterno euangelio idololatriae op-  
 posito transuolauerint; non vna videtur cauſa fuisse. Volatus  
 primi angelii v. 6. 7. sine expressa cauſae mentione recensetur,  
 at vbi ille secundum Cap. XI. 7. sq. & Cap. XIV. 2. bellum a  
 bestia contra testes motum victoriampque de illis partam sequi-  
 tur; verisimile est, volatum primi angelii per mediā ecclē-  
 siam occasione fugae ob violentiam persecutionis & occasione  
 disperforum testium veritatis per totam Europam contigisse.  
 Occasio vero, qua secundus, & sine dubio etiam tertius ange-  
 lis transuolauit, legitur v. 8. nimirum idololatria babylonis ad  
 summum tandem gradum perueniens, vinum scortationis  
 vniuersis gentibus obtrusum. Hinc secundus angelus necessi-  
 tatem emendandae ecclēsiae & defruendae babylonis perspi-  
 cit: tertius vero transuolantum cum aeterno euangelio ange-  
 lorū negotium suum prae binis antecessoribus suis praecla-  
 rissime persecutur, siquidem maiore demonstrationis vi, &  
 hinc maiore cum auctoritate animoque prorsus heroico a  
 communione ecclēsiae idololatricae serio auocat, severissimam  
 comminationem adiiciens v. 9. 10. 11. Idem etiam tertius ange-  
 lis tempore ob singularia phoenomena memorabili officio suo  
 fungitur, nam v. 12. aevo tertii angelii gloria patientiae sancto-  
 rum adscribitur: & v. 13. homines durissima Dei mandata  
 sponte obseruantes, atque heroicā Iesu Christi fide preaditi,  
 inque

Inque ipsa violenta morte sua laetissimi in scenam præducuntur. Accedit & hoc illius aetatis insigne, quod filius hominis in alba nube, iudicis instar ad vindicam comparatur v. 14. Eni occisos binos testes Cap. XI. per spiritus vitae ex deo ingressum pedibus suis stantes & ministrantes, sub imagine primi arum agni nouum canticum cantantium, & trium angelorum medium coelum cum aeterno euangelio transvolantium Cap. XIV. illustratos! Cum vero testes in vitam reuocati Cap. XI, non stant tantum pedibus suis, sed in coelum etiam euocati adscendunt v. 13; haec eorum adscensio per tres posteriores angelos Cap. XIV. v. 15. sq. e templo egressos illuminantur. Prinus eorum, siue primus chorus eorum, qui e templo egrediebantur, filium hominis, nubi insidente alloquitur, petens, ut falsam ostensam immitat, cum iam venerit hora missæ. Te ipsum sine dubio est ecclesia, & quidem ministerio imprimis terræ angeli antecedentes, medium coelum cum euangelio transvolantis, & filium hominis in nube sibi praesentissimum habentis, purgata, & contra reciduum idololatricum obfirmata. (\*) Ex hac ecclesia primus chorus angelorum, siue sincerorum coetus purioris doctorum v. 15. prodit, initium emendatae ecclesiae filio hominis iudici ecclesiae ardenterissimis precibus ad felicem successum commendans, idemque exauditionem precum suarum oculis suis conspicit v. 16. Alter angelus ex hoc templo exiens ipse habet δέπενον ζεύ v. 17. significans libertatem publice docendi, & propagandi euangelium recuperatam. Denique tertius angelus egreditur ab altari v. 18. potestatemque super igne habens, antecessorem suum monet, ne iterum reprefeat. Neque sine fructu haec admonitio fuit, v. 19. Appendix autem tristior legitur v. 20, quae innuere videtur eiusmodi animum hostium αὐτοκατεύπι-

C 2

T 20

(\*) Angeli enim hi tres posteriores non sub horam iudicii, sed Mellis ex ecclesia in libertatem vindicata prodeunt, adeoque post tres priores officio suo functos.



rw & vi veritatis torculari quasi immisorum, qui sanguinem purioris ecclesiae sitit, paci ecclesiasticae continuo insidiatur, & progressum saltem reformationis valde imminuit. Nititur haec mea interpretatio imprimis paralelismo Cap. XIX, 14. 15. Exercitus enim equitis albo equo insidentis λόγος (v. 11. 13. 14.) non sunt carnales exercitus v. 15. ideoque torcular, quod calcant v. 15. spiritualiter accipi debet. Vnde etiam per sanguinem ex torculari vsque ad frena equorum fluentem Cap. XIV, 20. non sanguinem hostilem effusum, sed potius sanguinolenta consilia hostium vi veritatis constrictorum habeo, quibus obstacula magna nascuntur.

### S. 10.

§. 10. 4) Caussa, quare templum in coelo Iohanni aperiebatur, & Ex collatione arca foederis ab eodem conspiciebatur Cap. XI, 19. specialiter Cap. XV. demonstratur 4) ex collatione Cap. XV, XVI, XVII, XVIII, XIX, XVI. XVII. cum Cap. XI, 5. 6. & 12. 13. 15. 16. 17. Etenim Cap. XI, non XVIII, XIX. cum Cap. XI, v. 5. 6. tantum generatim dicuntur bini testes haereticis & 5. 6. & 12. carnificibus suis maxime terribiles fore, sed v. 12. 13. seq. etiam 13. 15. 16. speciatim additur, redditum occisorum testium in vitam ab hostibus non sine terrore conspectum esse, quin post ascensionem illorum in coelum contigisse ingentem terrae tremorem, lapsum decimae partis ciuitatis, & excidium septem myriadum hominum: atque post haec iudicia diuinitus exercita secuta esse iubila ecclesiae, & triumphum aeternum. Quodsi autem visa Cap. XV. vsque ad Cap. XIX. cum illis Cap. XI. emblematis comparo, nihil aliud, quam amplificata illa Cap. XI. emblemata inuenio. Sicut enim Cap. XV. I. alterum illud βλασφήμησι signum magnum incipit, exponens vim arcae foederis (antitypicae) contra hostes ecclesiae per fulgura, voces, tonitrua & reliq. adumbratum Cap. XI, 19. (\*) ita tria minora

(\*) uti nubes olim, quae populo Dei saluti, hostibus exitio erat. Hinc est, quod omnes septem angeli calcibus irae diuinae instructi e templo procedere dicuntur Cap. XVI.



nora signa magni huius signi sic recensentur, ut Cap. XV. prae-  
fationis loco indicetur, totum hoc alterum signum maius, ae-  
que ac signum maius prius, Cap. XII, 1. vsque ad XIV. esse effi-  
cacitatem meram arcae foederis. Expressè hinc dicitur Cap.  
XV, 5. καὶ μετὰ ταῦτα ἔδον καὶ ἵδε ἴνοτρη ὁ γαῖς τῆς σκηνῆς  
τῇ μαρτυρίᾳ ἐν τῷ οὐρανῷ. Hinc etiam est, quod hanc coeli  
aperturam sequeretur egressus septem angelorum vindicium e  
templo. Septem quidem calices irae septem illorum ange-  
lorum Cap. XVI. generatim illustrant Cap. XI, 5. 6. quo vide-  
licet pacto bini testes vellicati hostibus suis terribiles futuri sint;  
*speciatim* tamen Cap. XVI. illustrat Cap. XI, 12. 13. sq. quomo-  
do hostes testium in vitam reuocatorum, & in coelum ascen-  
dientium terrore percussi, cuitasque illorum per terrae tre-  
morem lapla sit, & multa hominum millia perierint. Sicut  
autem Cap. XI, 5. initium vindictæ diuinæ contra hostes te-  
stium generatim spectatorum a τῷ ἀδικοῦ ἀντέστη repetitur;  
ita speciatim illa visa punitura Cap. XVI. obvia ab illo tempo-  
ris interallo initium capere puto, quo bini testes Cap. XI, 7.  
testimonium suum perficiebant, & bestiam aduersus se bellan-  
tem experiebantur. Haec obseruatio non euentui tantum  
demonstrando, sed ipsis etiam prophetiae verbis Cap. XV. &  
XVI. incredibilem lucem adferet, e. g. quare illo tempore,  
quo septem angeli destructores exibant, hi, qui ab idolatria  
per bestiam propugnati puri manserant, cantumque mosis &  
agni canebant, ad *mare vitreum igne permixtum* starent Cap.  
XV, 2. 3. ( coll. Cap. XIV, 2.) quandoquidem θάλασσα να-  
λινη μεμηρύκεν πνεύ sine dubio statum mundi denotat igne  
bellico vexatum, nam aquae maris tempore vespertino per-  
cussæ merum ignis splendorem referunt. Interim tota iudicio-  
rum diuinorum oeconomia contra regnum bestiae recensetur  
Cap. XVI. ita, ut *primus* angelus v. 2. calicem irae effundat  
in terram h. e. in regna idololatriæ repleta, allusione ad Exod.  
IX. 10. facta: *secundus* v. 2. in mare, hoc est populos proper-

¶¶¶ ¶¶¶

idolatriam suam merito puniendos allusione ad Exod. XVII, 20, 21. facta: *tertius* v. 4. sq. phialam effundat in *flum* i. e. il-lustiores partes & regiones populorum puniendorum, ut hi propter sanguinem sanctorum & testium fuisum vicissim sanguinem bibant: *quartus* v. 8. in *solem* h. e. personam, quae fax & tuba ido-lolatrici huius negotii erat: *quintus* v. 10. sq. in *thronum bestiae*, ita, ut regnum & auctoritas illius obtenebretur, homines lin-guam prae aegritudine mordeant, in blasphemia tamen sive idolatria sua impoenitentes persistant. *Antequam* autem prophetia effectus *quintae* huius phialae, vtpote non cito transisturos, sed valde diuturnos, & cum effusione *sextae* & *septimae* phialae simul futuros plene manifestat, (quod facit v. 18-21. & Cap. XVII. (\*)) Cap. XVIII.) subiicit Cap. XVI. historiam *sexti* & *septimi* angeli. (\*\*\*) *Sextus* angelus v. 12. phialam suam effundit in *magnum fluum Euphratem*, qui quoniam quasi antemurale totius priscae terrae sanctae erat, quo hostes abigerentur, aqua illius exarescens videtur emblema esse status ejusmodi ecclesiae Christianae totius, quo impetus hostium in illam liber, errorumque & impietatis patro-nis quidlibet audendi potestas erit. Huic etiam interpretationi respondet materia ipsi calicis sexti v. 13. sq. *vidi ex ore Draconis, & ex ore bestiae, atque ex ore falsi prophetarum* (\*\*\*). *tres impuros spiritus ranis similes egredi*, Draco quippe, qui thro-

(\*) hic ex septem angelis unus Cap. XVII, 1. sine dubio est angelus phialae quintae.

(\*\*) Res ipsa hoc postulauit, nam ranae ex ore Draconis, bestiae & falsi prophetarum non post excidium babylonis Cap. XVIII. depi-ctum, sed post calices irae in solem & thronum bestiae effu-sos statim prodire poterant & debebant. Praeparatio ad ter-tiam res (Cap. XX.) ante finem secundae i. e. ante excidium babylonis plenum adeoque sub angelo sexto & septimo locum habet.

(\*\*\*) Haec tenus in apocalypsi mentio falsi prophetarum nulla facta est. Multi autem suadent, illum certo modo eundem esse, qui sub no-mino

thronum suum bestiae cesserat Cap. XIII, 2. videns res bestiae per calicem irae ipsum in thronum bestiae effusum pessimo nunc loco esse, de suppetuis bestiae ferendis cogitat, ita, ut ipse una cum desperabunda bestia, falsoque propheta ad totam rem publicam Christianam perdendam procedat, bestia & falso propheta saltet vel contra expressam intentionem sic cooperante. *Spiritus* sunt stylo Iohanneo Doctores 1. Ioh. 4, 1. 2. 3. tres recensentur, quia ex triplici ore exeunt, nimirum Draconis, bestiae & falsi prophetae. *Impuri* dicuntur: quia ranis similes sunt, loca putida inhabitantibus, & hoc inde est, quod spiritus daemonum sunt h. e. Doctores non a bono, sed malo spiritu impulsi Zach. XIII, 2. exitus eorum, ex ore Draconis bestiae & falsi prophetae innuere videtur, quod *occasione* oris Draconis h. e. falsae doctrinae, inde a primo generis humani initio disseminatae Apoc. XII, 9. e. g. errorum prisci orbis gentilis, hylozoismi & epicurismi &c. proterue recoctorum: *occasione* oris bestiae h. e. superstitutionis, idololatriae, piarum fraudum in regno bestiae consuetarum: itemque *occasione* oris falsi prophetae h. e. perditum sectarum, Christi supremam diuinitatem & diuinam euangelii vim oppugnantium, & hinc indifferentismo & libertinismo viam sternentium orituri sint. Etiamsi igitur ex diuersa caussa veniunt; tamen vniuersi eandem cantilenam more raharum canunt, quae in contemnum religionis & naturalis & patesfactae tandem definit: sunt enim haec ranae sine dubio binis testibus oppositae, quia sunt doctores daemonum, glaucomata (*σημεῖα*) facien-

mine θηρίος ἀλλάς Cap. XIII, 11. venit. Non vocari potest amplius bestia sub nuta prioris bestiae pugnans, nam eius quidem regno exit, ast sub draconis tamen nutu, τῇ πλεινῷ τοις τὴν ὁμοίων ἔλην Cap. XII, 9. manet, pervertit, & decipit. Falsus propheta igitur est symbolum pseudo-doctorum, Christo & euangeliō eius gloriam suam eripientium. Locus Apoc. XIX, 20 huic fenientiae non repugnat.



facientes & quidem tempore vacillantis throni bestiae missi,  
 adeoque illusoria eorum garrulitas aut contra verbum Dei in-  
 surgit, aut saltem ab eo abducit. Quando autem dicuntur ex-  
 ire ad reges terrae (corruptae ecclesiae) imo totius orbis,  
 fortasse ad Exod. VIII, 3. certo modo respicitur, vbi ranae  
 Aegyptiis immissae palatia domos conciaua cubilia & vascula  
 eorum, a rege vsque ad infimam plebem implebant. Quae  
 quidem allusio circa egressum ranarum metaphorarum sive  
 pseudo-doctorum propter congregationem regnum ad bellum,  
 quod ante diem extremum instat, h. l. facta ineffabilem illor-  
 um multitudinem, qui ad tale bellum orbem praeparabunt,  
 prodit. In primis si conferatur loc. paral. Cap. XX. 8. qui sic  
 habet: Exhibit (satanas custodia solutus,) vt decipiat gentes  
 quatuor terrae angulorum Gogum & Magogum h.e. gentes, An-  
 tiochi Epiphanis, (qui apud Ezechielem sub hisce vocabulis ve-  
 nit,) animum contra cultum veri Dei per fraudem Saanae in-  
 duentes, non alio consilio, quam vt illi ad bellum contra ca-  
 stra sanctorum & dilectam ciuitatem congregentur, quarum nu-  
 merus sicut a ena maris erit &c. Plura fere hac de tragedia pro-  
 phetia non prodit, nec tam curiosos illorum temporum homi-  
 nes esse vult, quam cautos, vt ex hoc signo propinquitatem diei  
 extremi & vigilantium discant v. 15. etenim inquit prophetia:  
 infaustus ille labor praeparatorius trium spirituum impurorum  
 suo tempore successum vtique habebit v. 16. cf. Apoc. XX. 8. 9.  
 Nihil igitur supererat, quam vt *septimus* etiam angelus phia-  
 lam suam effunderet in aerem v. 17. Aer est, cuius beneficio  
 homines vident, audiuntque. Auertat clementissimum numen,  
 ne sub hoc irae calice ante alterum Iesu Christi aduentum ef-  
 fundendo vniuersales quaedam tenebrae orbi immineant, ab  
 ἀρχοντι τῆς ἐξτίας τῷ δέρπῳ Eph. II, 2. coll. Eph. VI, 12. ite-  
 rum inducendae. Qao ipso finis septem irae calicum se-  
 quitur, addito verbo γέρων. Post hancce autem sexti & septimi  
 angeli historiam insertam prophetia nunc redit ad effectus phi-  
 alae

alae quintaes vtpote adhuc perdurantes, vt quippe ille ad phialam quintam pertinens lapsus ciuitatis Cap. XI, 13. 15. 17. pleniū cognoscatur. Etenim post generale exordium quoddam Cap. XVI, v. 18 - 21. vberius exponitur Cap. XVII. quaenam babylon illa mystica Cap. XVI, 19. commemorata sit futura? quantus eius lapsus Cap. XVIII? & quamquam iste meris loquendi formis V. T. a iudiciis externis contra priscos Dei hostes repetitis exprimitur; tamen ex Cap. XIX. apparet, admodum caute in explicatione huius lapsus & iubilorum de eodem verlandum esse (\*).

## §. II.

Causa, quare templum in coelo Iohannī aperiebatur & §. II. 5)  
arca foederis ab eodem conspiciebatur, Cap. XI, 19. specialiter demonstratur <sup>5)</sup> ex collatione Cap. XX. cum Cap. XI, 14. Cap. XI. statim post lapsus ciuitatis v. 13. significatum, & ante iubila ecclesiae ob illum v. 15. 16. 17. inopinato inferuntur v. 14. ex collatione Cap. XX. cum Cap. XI, 14.  
hacc

(\*) *Hogelius* in vade mecum Apocalyptic generatim non indocte scribit: ecclesiasticum praelium est, cuius fructus in omnes gentes redundabit 2. Tess. 2, 9. velut si omnis generis aues ex ocellorum in praelitis carnibus saturantur, fama bonum velox eas in victoriae expectationem audiissimam excitatura est. Occurrunt ergo pontifici, etiam monarchoe cum suis mataeologis & hierophantibus ad consilium eum & solemnum disputationem; vt religiose suae bonitatem propugnent, atque scripta tam infinites ipsis antichristianismi dica libenter. Pugnabuntque sane, sed aduerso adeo marte, vt bestia, aut papatus publica sententia condemnetur, detrudaturque alii cum haeresibus cunctis in orarium; Pontifici, itemque monarchoe & stratiotac, mucrone non ferri, sed oris Christi quasi transfixi, conuictique adeo abominandae seductionis, euangelio Christi sint manus daturi. Quae ipsorum mystica occiso regnis & nationibus similiter in spirituosis famis eorum sufficientem depulsionem cedet, tamquam ex operaria Dei omnipotentis coena, restituti euangeli causa,

D

◎ ◎ ◎

haec verba: οὐδὲν οὐδὲν πάτηθεν, τόδι οὐδὲν οὐδὲν τρίτη  
ἐρχεται ταχύν. Quodsi autem cum hisce verbis confero argu-  
mentum Cap. XX., nihil ibi aliud quam finis secundae γεωργίαι &  
succesio tertiae vberius declarari videtur. Neque enim tan-  
tum omnes tres γεωργίαι Cap. VIII. 13. enumeratae singulari ratio-  
ne videntur draconis esse vid. Cap. IX. 11. 12. Cap. XI. 14.  
coll. Cap. XIII. 2. itemque Cap. XX. 7. sq. sed et etiam, quae  
Cap. XX. 1-6. leguntur, draconis videntur accidisse sub ipsa  
secunda γεωργίᾳ, adeoque tempore bestiae, non post illud. Etenim  
angelus ille de coelo descendens, habebat clauem abyssi &  
catenam magnam Cap. XX. 1. non quasi post euentum demum  
eorum, quae Cap. XIX. adumbrata sunt, draconem apprehen-  
surus & per mille annos vincitur esset, sed quod iam antea  
apprehenderat & vinciuerat (ἐνέπιστε καὶ ἐδοκε) draconem per  
mille annos v. 2. quod proiecerat (έβαλεν) eundem in abys-  
sum, ne nouis amplius methodis (\*) gentes deciperet duran-  
tibus mille annis v. 3. Quare quidem ita sentiam, & aori-  
stos ceu plusquam perfecta respiciam, v. 4. 5. 6. suadent.  
Nam ex v. 4. sequitur, vt Draco non nisi eo tempore captus  
& vincitus sit, quam quo occisi testes in vitam redirent, iudi-  
ciasque aduersus regnum bestiae crescerent. Confirmant il-  
lud mille annorum initium commata 5. & 6. vbi mancipia be-  
stiae dicuntur in morte spirituali mansisse usque ad finem  
mille annorum: compotes autem huius prioris resurrectionis  
facti cum Christo regnant mille annos. Inuicte hinc patet,  
quod visum Cap. XX. non post plenarium babylonis lapsum  
euentum habere possit, siquidem hoc pacto mancipia bestiae  
in spirituali morte manere per mille annos non potuissent. Ec-  
quis autem Cap. XX. 4. alios testes occisis & in vitam reduces,  
vt cum Christo regnent mille annos, singat, quam ipsos illos  
binos

(\*) Dederat quippe thronum suum bestiae Cap. XIII. 2. adorati se cu-  
rauerat *coniunctim* cum bestia v. 4., cumque fortuna bestiae val-  
de labefactaretur, non nisi ranam auxiliatricem ore suo emittere  
valebat Cap. XVI. 13.

❧ • ☀ • ☈ •

binos testes Cap. XI. NB. *ante lapsum babelis* in vitam revocatos v. 11. & in coelum adscendentes v. 12. ? Ecquis Cap. XX. 4. alios testes in vitam reduces quaerat quam, quorum mentio Cap. XIV. facta est, vt pote apud agnum in monte Sionis nouum canticum cantantium, medium coelum cum aeterno euangelio transuolantium, & post confpectum in nube sedentem filium hominis, potestatem libere docendi puram doctrinam nactorum? Etenim vtroque loco testium in vitam redditus cum iudicio in bestiam coniunctus est. Apoc. XX. 4. tempus iudicii expressè nominatur. Cantantes etiam nouum canticum Cap. XIV. hoc ipso tempore cantant, quo septem angeli septem calices irae in regnum bestiae effundentes exhibant Cap. XV. 2. 3. Cap. XVI. vsque ad fin. Ab hoc tempore ligabatur draco, catena quippe, quae Cap. XVI. describitur, vt non amplius impedire posset, quo minus praesente agno cantarent nouum canticum testes, & per medium coelum transuolantes cu[m] filio hominis in nube sedente Cap. XIV. 1-14. canticum agn[i] canerent, Cap. XV. 3. &, quod idem est, viuificati cum Christo per mille annos regnarent, Cap. XX. 4. Millennium, quod post lapsum babylonis a crassis chiliafis hic quaeri solet, post inumeros alias Vhitbyus & Lowmannus docte refutarunt; at ipsi tamen eiusmodi millennium Cap. XX. inuenire sibi videntur, quale ego hic non reperio. Descriptio quidem millennii post recensitum babylonis lapsum in apocalypsi legitur, sed hoc non impedit, quo minus millennium illud intra ipsos 1260. dies bestiae quaeratur, siquidem vel ordo requirebat, vt post historiam fati bestiae sequeretur historia draconis, post bestiae carecta latenter Cap. XIII. 2. & qui aliter, quam *simultaneum* sit tempus bestiae & millennium sanctorum, cum hocce inter finem secundae g[raecorum] & initium tertiae secundam statim insequentis (vid. Cap. XI. 14.) interponi plane non possit? Nihil autem in apocalypsi ineft, quod tertiam g[raecorum] constitutat, quam una Satanae post elapsos mille annos solutio sub emblematis Gogi



& Magogi Cap. XX. adumbrata. Quod supereft, quo maior Gogi & Magogi contra totam ecclesiam erit audacia, eo ci-  
tior & seuerior erit regis nostri coelestis praefentia, quae per  
ignem ex coelo descendenterem v. 9. innuitur. Contra bestiam  
ignis ex ore testium exhibat Cap. XI, 5. contra Gogum & Ma-  
gogum alia videntur arma adhibitum iri. Sequitur iudicium  
extremum v. 10. sq. coll. Cap. XI, 18. aeterna piorum vita, &  
impiorum miseria.

§. 12.

§. 12. 6) Causa, quare Iohanni templum in coelo apertum, &  
ex collatione conspecta ab eo arca foederis sit Cap. XI, 19., specialiter  
Cap. XXI. demonstratur 6) ex collatione Cap. XXI. XXII, 5. cum Cap.  
XXII, 5. cum Cap. XI, 18. Etenim sicuti Cap. XI, 18. aeterna *merces testium* &  
*seruorum Dei* atque *poena corruptae ecclesiae* tribus verbis, per-  
spicue tamen commemorabatur; ita Cap. XXI. XXII. *ipsum*  
*coelum nouum*, & *terra noua*, augustinissimum Dei penes homi-  
nes tabernaculum v. 3. amplissime describitur. Etenim Cap.  
XXI. & XXII. non nisi de vita aeterna & ecclesia triumphante  
sermonem esse, nemini obscurum est, qui obseruat, *sicut*  
*noui* *biuius coeli* & *nouae terrae* per extensa & amplificata *em-*  
*blemata* *priscorum vatum*, de *statu N. T. in his terris* canentium  
exprimi. Sicut enim Paulus de coelo tertio paradisoque te-  
statur, vtrumque tam plenum gloriae & felicitatis esse, vt  
quicquid etiam fidelibus in terra & regno gratiae fere contin-  
gat, iis tamen comparari nequeat, quae olim in regnum glo-  
riae ingressi experientur; ita Apoc. XXI. sq., quicquid splen-  
didi prophetae V. T. de diebus N. T. vaticinati erant, id in  
apostoli intellectu & oculis eiusdem ubique extenditur, & mul-  
tiplicatur, vt incredibilem praestantiam ecclesiae triumpha-  
tis prae militaire addisceret & docere posset. Qualis quidem  
comparativa coelestis gloriae descriptio ciuibus ecclesiae mili-  
tantis non poterat non maxime laetabilis esse.

§. 13.

## §. 13.

Quodsi vero propter hanc causam templum in coelo Iohanni apertum est, Apoc. XI, 19. ut clarius intelligeret, testes tio Cap. XI. Iesu per integratos illos 1260. dies gratiosa Iesu Christi, cœu ad sequentia arcae foederis antitypicæ praesentia potentissime conseruandos, usque ad fin. hostesque eorum fulgura, voces, tonitrua, tremorem terrae Apoc. capita & ingentem grandinem experturos esse; profecto *habitū* sive *latio epitomes* relatio Cap. XI. ad sequentia (nimurum Cap. XII - XXII.) non alius ad alia fangi potest, quam qualis est inter epitomen quamdam & sive *commentarios* vberiore illius *commentarium*.

## §. 14.

Ex eiusmodi autem habitu & relatione Cap. XI. tamquam epitomes βιβλαργδίς ad sequentia capita tamquam vberiores eius exegesis sequitur, ut Cap. XI. sit *clavis authentica analysis* totius βιβλαργδίς & quidem in hunc modum: βιβλαργδίου dividitur

I) In Epitomen vid. Cap. XI. & *commentarium* eius Cap. XII - XXII.

II) *Commentarius* continet *quatuor* partibus principibus, nimurum *duplici* viso magno de binis testibus & bestia testium carnifice, & vtrorumque fato Cap. XII, 1. sq. & Cap. XV, 1. sq. & *duplici appendice*, scilicet de fato draconis post quinque, ut bestiae caretæ latentes, & aeternis testium solatibus Cap. XX. ipsum Cap. XXI. XXII. Sicut enim vtrumque illud visum & vtraque illa appendix nihil aliud illustrat, quam ipsa præcipua epitomes sive Cap. XI. emblemata; ita quod visa & appendices illae constituant *quatuor* distinctas partes *commentarii*, ipsa prophætia partim totidem verbis docet, vtpote quæ non plura quam bina visa magna numerat, partim re ipsa confirmat, vbi sine mentione noui cuiusdam visi magni facta, adeoque per appendices, Cap. XX. fatum draconis & Cap. XXI. XXII. mercedem testium vberime declarat.

III) *Prima* pars principalis *commentariorum* sive prius visum magnum Cap. XII, 1. usque ad C. XIV. fin. *tres speciales* partes sub

## §. 13. Fra-

missis superioribus relatoribus Cap. XI. est non nisi *frere* sive *relatione* Cap. XI. tamquam epitomes totius βιβλαργδίς ad sequentia capita, cœu commentarios suis se-

Cap. XI. sit *clavis authentico-analysis* totius βιβλαργδίς.



sub se complectitur α) genealogiam binorum testium, specia-  
lissimamque prouidentiam coelestem super illis, imo & super  
matre testium ante & propter funestos illos 1260. dies Cap. XII.  
β) descriptionem bestiae idololatricaē, binorum testium car-  
nificis, vna cum datore throni bestiae, dracone Cap. XIII. γ)  
choros testium per gratiosam Agni praesentiam nouum cantu-  
cum *cantantium*, medium cœlum cum aeterno euangelio ido-  
lolatriæ opposito *transuolantium* & e templo restituto libere  
egredientium Cap. XIV.

IV) Secunda pars principalis commentariorum siue poste-  
rius visum magnum Cap. XV, i. - C. XIX. fin. continet *binas*  
partes specialis a) compendiosam fatorum bestiae & ciuitatis be-  
stiae descriptionem per septem angelos, septem irae diuinæ  
calices habentes; Cap. XV, XVI. b) ampliorem babylonis mysti-  
cae siue ciuitatis bestiae definitionem, lapsusque babylonis hi-  
storianam Cap. XVII. XVIII. XIX.

V) Tertia pars principalis commentariorum siue appen-  
dix prior Cap. XX. declarat fatum draconis *sub* 1260. diebus  
bestiae & post eosdem.

VI) Quarta pars principalis commentariorum siue appen-  
dix posterior Cap. XXI. XXII. continetur *binis* partibus specia-  
libus, nimirum augustissima mercedis aeternæ testium exegesi  
Cap. XXI - XXII, 5. Quod autem v. 6. vsque ad fin. sequitur,  
epilogus totius apocalypseos est, qui confirmat veritatem pro-  
phetiarum hoc libro comprehensarum, indicat pondus & vsum  
earum, totusque compositus est ad animos lectorum efficaciter  
mouendos, ne cum timidis, infidelibus, iis, qui facti sunt abo-  
minabiles, idololatris canibusque & huius furfuriis aliis portio-  
nem in stagno ardente igne & sulphure siue altera morte adipi-  
scantur, sed potius ut per constantem veritatis amorem viuam-  
que in Iesum Christum fidem ingrediantur in nouam ciuitatem  
dei, a qua exclusum est omne inquinans se, & perpetrans  
abominationem & mendacium, aeterno quippe exilio-  
puniendum.




01 A 6554



vd18

R





Q. D. B. V.  
I S A G O G E S 10  
I N  
**BIBΛΑΠΙΔΙΟΝ** Apoc. X - XXII.  
**D E S C R I P T V M**

*DISSERTATIO PRIMA,*  
 SCEPTICISMO INTERPRETVM EXEGETICO  
 OPPONENS  
 a) CLAVEM QVANDAM AVTHENTICO-  
 ANALYTICAM.

---

*PRAESIDE*  
**IOACHIMO OPORINO**  
 SS. THEOL. D. ET P. P. O.  
*RESPONDENTE*  
**GOTTL. THEOD. FALCKENHAGEN,**  
HOLSATO,  
SS. THEOL. STUDIOSO  
DIE VI. APRILIS A CIOCCCLII.  
 IN AVDITORIO THEOLOGICO  
 SCRVTINIO COMMILITONVM OPPONENTIVM  
 SVBIECTA.

---

GOTTINGAE, EX OFFICINA HAGER.